magis habeatur. & bonis eam & malis inpendit. Possessio enim est bo
norum communis. non terrena utique sed caelestis. & ideo nulli
in ea facit angustari personam consortis. tantum uero augetur
caritas. quantum fuerit inmutata cupiditas. & illum facit
caritas liberum. quem non tenuerit cupiditas mundana capti
uum. Caritas donum est di. dicente apto. Caritas di diffusa est
in cordibus nris. per spm scm qui datus est nobis. cui est honor
& gloria nunc & semper & in scla sclorum amen. ENTIAE

IN PURIFICATIONE SCAE MARIAE. LEC LIBRI SAPI

DNS possedit me initium uiarum suarum. Antequam quicqua
faceret a principio. Ab aeterno ordinata sum. & ex antiquis
antequam caelum & terra fierent. & reliqua. OMEL. LEC

Praesens ista festiuitas fris kmi ideo caelebratur. quia eodie
& iam dns nr ihs xps in templo est a parentibus praesentatus.
Ipse enim ideo sub lege esse noluit qui legem dedit. ut exem
plis & iam ostenderet quod dicturus erat. Non ueni soluere
legem. sed adimplere. Antiquus enim romanorum mos fu
rat. eodie & mense ut legimus. totam urbem per omnia pene
tralia lustrare lustrare luminibus. & hostias diis suis immolare.
Sed hanc lustrandi consuetudinem bene mutauit ecclesia. ut
candelas a pontifice recipiens clerus. & pleps uniuersa arden
tes manibus gestantes. hymnis modulando decantando per
ecclesias perque congrua urbis loca procedit. in perennem
regni caelestis memoriam. & uenerationem beatissimae dige
netricis. Nunc autem quia praesentationem dni nri in templo
ueneramus. de praesenti lectione quam audistis. oportet aliquid
ad uestram utilitatem scrutari. Ait enim per salamonem. ipsa di
sapientia. ipse filius di. Dns possedit me initium uiarum sua
rum. Uiae dni. opera sunt eius. quarum consideratione

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0044